


DB 922
.1
.B74
1838
Copy 1







A. S.

Alexander Jaffer

1844

Hic Liber est meus
[illegible] Deus
qui illum mihi
[illegible] ad
Alexander [illegible]
Saffer [illegible]

[illegible] A 1847

[illegible]


[illegible]

[illegible] [illegible] Zerlisuariis 13

quando Principiti

habere [illegible] [illegible]

BREVIS HISTORIA
DUCUM, AC REGUM
HUNGARIAE.



POSONII,
Apud Aloysium Bucsánszky.
1838.

BREVIS HISTORIA
DUCUM, AC REGUM
HUNGARIAE.

Magyarország
Historiájának
meghatározása, czélja, és haszna.

Magyarország' *historiája* alatt értetik hazánkban esett emlékezetes történeteknek hiteles elbeszélése. — *Czélja* elménket leghasznosabb hazai dolgok' esméreteivel gazdagítani, — tűkör gyanánt előnkbe terjeszteni mind a' minket korral megelőző jámborok' erényeit, mind gonoszok' erkölcstelenségeit; hogy világosan láthassuk: mit kelljen cselekednünk, mit kerülnünk. — *Haszna* igen nagy: ugyan is a' honi historiából a' fejedelmi férfiaknak számtalan jeles tetteiken kivűl, minden korbeli embereknek, tudomány, 's mesterségbeli leghasznosabb találmányoknak, és legbölcsebb törvényeknek esméretét szerezzük meg. — Honnét nem is kell semminemü historiára annyi szorgalmat fordítanunk, mint a' hazaira. —

Eldődeinknek Ásiából Pannoniába költözködésökről.

Eldődeink három izben költöztek ki Ásiából:

1-ör. ***Hunnok'*** neve alatt Kr. szül. u. 374-dik táján.

2-or. ***Avarok'*** neve alatt 568-dik táján.

3-or. ***Magyarok'*** neve alatt 884-dik táján.

Definitio

Historiae regni Hungariae,

finis, et utilitas eiusdem.

Nomine *Historiae* regni Hungariae venit fidedigna narratio eventuum memorabilium, qui in Hungaria contigerunt. — *Finis* eius est: animos nostros rerum utilissimarum, quae in Patria evenerunt, cognitionibus imbuere. — Speculi instar proponere tam proborum virtutes, quam vitia pravorum, qui aetate nos antecessere, ut perspicere valeamus: quid agendum, quidve cavendum sit. — *Utilitas* Historiae maxima est: praeter innumera enim virorum principum facta illustria, omnis aevi hominum, utilissimorum inventorum in scientiis, et artibus, legum porro sapientissimarum notitiam aquirimus. — Unde nec ullum Historiae genus maius studium a nobis requirit, quam illud Patriae nostrae. —

De Maiorum nostrorum ex Asia in Europam migratione.

Maiores nostri tribus vicibus ex Asia susceperunt migrationem:

I. Sub nomine *Hunnorum* anno Chr. circiter 374-mo.

II. Sub nomine *Avarum* circa annum Chr. 568-um.

III. Comparuerunt sub nomine *Hungarorum* circa annum Chr. 884-um.

A' Hunnokról.

Hogy a' *szittya* eredetű *Hunnoknak*, a' Magyarok' *eldődeiknek* Ásiában *Kaspium* tengernél volt lakhelyök *Volga*, és *Tanais* (Don) folyami közt, régi iróink köz egyezéssel allitják. — Honnét *Balamber'* vezérlése alatt 374-ben Europába átköltözvén a' kies földű *Pannoniát Daciával* (Erdélylyel) együtt elfoglalták 377-ben. — A' *hunn* fejedelmek között leghiresebb volt *Attila*, honi néven *Etele*, 434-ben, ki országát a' dicsöség' legfényesb fokára emelvén, meghólt 454-ben. — Minekutána *Attila*, a világ' rémitője élni, és féletni megszűnt, fiai az országon meghasonlottak. — Honnét alattvalóik lerázván a' czivódók' igáját, magokat szabadokká tették, — és így a' *hunn* birodalom 454-dik éven túl nem állhata fenn. —

Az Avarokról.

Második költözésök *eleinknek* Ásiából Europába, *Khinai*, és más szomszéd nemzetektől kimozdítatván lakhelyeikből, *Avar* név alatt ismeretes. — Első *Justinian* keleti czászártól szabadságot eszközölvén, *Daciát* a' *Gepidáktól* elragadják, — a' *Longobárdok Pannonia'* birtokosi, *Gepidák'* e' példájára megijedvén, és önként elköltözvén *Olasd* országba, az *Avarok Pannoniát* is elfoglaljak 568-ban. — Ezen időtől annyira elhiresedtek fegyvereik által: hogy nem csak a' keleti, hanem nyúgoti császárokat is adóztatnák. — De 800-dik táján *Nagy Károly Frankok'* királya által történt több izbeni megverettetésök, és bel visszavonások

De Hunnis.

Scythicae originis *Hunnos*, *Maiores* Hungarorum in Asia sedes habuisse ad mare *Caspium* inter *Volgam*, et *Tanaim* fluvios, scriptores antiqui uno quasi ore testantur. — Unde duce *Balambere* 374-o in Europam delati laetam solo Pannoniam, una cum Dacia occuparunt 377-o. — Ex Hunnicis Principibus celeberrimus *Attila* patrio nomine *Etele* 434-o — qui, imperio suo ad summum gloriae fastigium evecto, obiit 454-o. — Postquam Attila terror orbis vivere, timerique desiisset, filii eius de regno decertabant. — Unde subditi excusso litigantium iugo, se libertati asseruere, sicque regnum *Hunnicum* ultra annum 454-um durare non poterat. —

De Avaribus.

Altera Maiorum nostrorum per *Sinenses*, aliosque finitimos populos sedibus dimotorum ex Asia in Europam migratio sub nomine *Avarum* nota est. — Accepta a *Justiniano* 1-o Orientis Imperatore licentia, *Daciam Gepidis* eripiunt, *Longobardis Pannoniae* dominis Gepidarum exemplo territis, ac sponte in *Italiam* discedentibus, *Pannonia* quoque potiuntur *Avares* 568-o. — Ab hoc tempore adeo inclaruerunt armis: ut orientis non minus, quam occidentis Imperatores tributarios haberent. — Verum circa annum 800. a *Carolo Magno Francorum* rege cladibus inflictis, discordiaque civili adtenuati, et in agros

által elgyengűltek, 's a' szombathelyi környékre szoríttatván, minden urodalmok elenyészett. —

A' Magyarokról.

Eldődeinknek harmadik költözködésök Asiából Europába *Magyarok*' neve alatt történt 884-ben. — Ezek azon részéből jöttek *Scythiának*, melly most *Baskiriá*nak mondatik: *Almus*, *Eleőd*, *Kund*, *Und*, *Tos*, *Huba*, és *Tuhutum* vezérlésök alatt. — Kik közül legnagyobb hatalommal birt *Almus*, kinek mindnyájan, minekelőtte útnak indulnának, pogány módra egy edénybe folyatván véröket, mind béke' mind háború' idején engedelmességet, és hogy annak férjfi utódjaiból választandnak magoknak fejedelmet, esküvének. — Elvégezvén öt évi útjokat szerencsésen beérkeztek Magyar országba; és midőn *Almust* halálhoz közelgetni latnák, annak fiát *Árpádot* választák fejedelmöknek 889-ben.

ÁRPÁD fejedelem

889 — 907 = 18.

Árpád atyja *Almus* után elnyervén a' fejedelemséget, azonnal vezéreit külön tájak' elfoglalására küldé, kiknek munkásságával nyolcz évi huzamos győzedelmek által minden földeknek, mellyeket Magyar országnak nevezünk, urává lett, és azt az új haza mellett faradozó vezérei közt, megtartván magának és utódjainak tetemes részét, felosztotta. — A' javak' kiosztása után övéit *Kürtöltő* hoz hivta,

Sabarienses reiecti, omni fere dominatu exuti sunt. —

De Hungaris.

Tertia *Maiorum* nostrorum ex Asia in Europam migratio fuit sub nomine *Hungarorum* anno Chr. 884-o. — Hi ex ea parte *Scythiae* venerunt, quae hodie *Baschiria* vocatur, ductoribus *Almo, Eleőd, Kund, Und, Tos, Huba* et *Tuhutum.* — Ex his maxima pollebat potestate *Almus*, cui omnes, antequam iter ingrederentur, fuso more gentilium in unum vas sanguine, obedientiam belli, pacisque tempore, item quod ex eius virili stirpe semper eligere velint regem, iurarunt. — Emenso itaque feliciter quinque annorum itinere pervenerunt ad modernam Hungariam; et cum iam *Almum* morti proximum viderent, filium eius *Arpadum* ducem sibi elegerunt anno 889. —

ARPADUS Dux

ab anno 889 — 907 = 18.

Arpadus patri *Almo* succedens, mox Duces suos ad varias terras subiugandas dimisit, quorum opera continuatis victoriis octo annorum decursu omnium terrarum, quas Hungariam adpellamus, dominus evasit, easque inter Duces suos de nova Patria optime meritos, retenta sibi, suisque successoribus praecipua parte, divisit. — Facta bonorum collatione suos ad lacum *Kürtöl* convocavit, ubi latis quibusdam legibus, toti

hol némelly törvények hozatván, 's az egész országot bizonyos részekre felosztván, kapitányokra bizta. — Hanyatlani kezdvén *Árpád* fejedelem' egészsége, *Zoltán* legifjabb fiját, kihalván az idősbek, rendelte örökösének, és 907-ben megholt. —

ZOLTÁN fejedelem
907 — 947 = 40.

Mivel *Zoltán* kormányra emeltetésekőr még kiskoru volt; azért az ország' kormánya gyámnokaira bizatott. — Ezek voltak a' nemzetnek főbirái *Gylás*; és *Karchás*, és három katonai tudományokban jártas férjfiak: *Lehel*, *Bulcsu*, és *Botond*. — Amazoknak kötelességök volt a' pereket végezni, és vétkesekre büntetéseket szabni; emezeké hadat viselni, és frigyet kötni. — *Zoltán* érett korra jutván az ország' határait kijelelte. — Ezen fejedelem alatt a' Magyarok be-beütöttek a' szomszéd tartományokba zsákmányolás végett, többnyire jo szerencsével. —

TAKSON fejedelem.
947 — 972 = 25.

Takson alig nyeré el a' főméltóságot, azonnal ifjabb *Berengár* ellen intézé fegyverét, kit tiz véka pénzen kényszeritett békét vásárlani. — Onnét visszatérvén, midőn *Luitulf* herczegnek, atyja *Otto* ellen segitséget nyujtana, *Augusta* városánal meggyőzetett; maga ugyan kevesed

regno, in certas partes diviso, Capitaneos praefecit. — Aetate demum fractus *Arpadus* filium *Zoltanum* minimum natu, emortuis aliis, constituit regni haeredem, et 907-o e vivis excessit. —

ZOLTANUS Dux

ab anno 907 — 947 = 40.

Zoltano clavo regni admoto adhuc minorenni, Reipublicae administratio tutoribus commissa est. — Hi erant supremi Gentis iudices *Gylas*, et *Karchas*, et tres militari scientia illustres viri *Lehel*, *Bulcsu*, et *Botond*. — Illorum fuit lites dirimere, ac delinquentibus poenas decernere; horum bella gerere, foederaque pangere. — *Zoltanus*, cum iustam aetatem attigisset, regni limites definivit. — Notandum: regnante hoc principe Hungari praedam acturi plurimas in vicinas provincias fecerant excursiones, plerumque fortuna secunda. —

TOXUS, alias TAKSON Dux

ab anno 947 — 972 = 25.

Toxus, alias *Takson* vix summam dignitatem est adeptus, illico arma movit contra *Berengarium* iuniorem, quem decem modiis nummorum pacem mercari coëgit. — Inde redux, cum *Luitulpho* principi contra *Ottonem* patrem auxilia ferret, ad Augustam Vindelicorum vi-

magával a' veszélyt kikerülte, de ellenség' kezére jutottak elevenen *Bulcsu*, *Lehel*, és *Botond* vezérek, kiket a' császár nemzetünk' gyalázatjára felakasztatott. — A' Magyarok, hogy ezen méltatlanságot megboszulnák, az előbbi háboruban fogságra ejtett Németek közűl husz ezeret lenyakaztak. — Ezek után *Takson* élni megszünt életének 42é-ben, Kr. sz. u. pedig 972-ben. — *Geyza*, és *Mihály* fiait hagyván maga után.

GEYZA fejedelem
972 — 997 = 25.

Geyza az atyja által II. *Otto* val kötött békét országlása' elején azonnal megerősítette. — Kereskedőknek, és kézimiveseknek szabad bejövetelt engedett Magyar országba, melly engedelmével nagy számu külföldieket vont magához. — A' keresztény hitet számos Magyarjaival felvette; — ennek terjesztése, és a' magyar ifjuság' tudományokbani taníttatása végett *Olasz*, és *Cseh* országból idézett *papoknak*, és *szerzetesek* nek, leginkább *benedek rendbeliek* nek lakhelyeket épitett. — *Vaic* fiának, ki keresztség után Istvánnak mondatott, *Giselát Henrik Bavariai* Fejedelem' leányát jegyezte el nőül 997-ben megholt. —

ISTVÁN fejedelem
997 — 1000 = 3.

Geyza atyja' halála után István a' fejedelemségre emeltetett. — Lecsendesítven a'

ctus; Toxo quidem cum exigua manu periculum evitante, in manus hostium vivi pervenerunt: *Bulcsu*, *Lehel*, et *Botond* duces, quos Caesar magna Gentis infamia infelici arbore suspendendos iusserat; Hungari, ut hanc indignitatem vindicarent, ex Germanis antea bello captis viginti millia capite minuerunt. — Post haec *Toxus* vitam cum morte commutavit anno aetatis 42-o, Chr. vero 972-o. — *Geyza* et *Michaële* filiis relictis. —

GEYZA Dux

ab anno 972 — 997 = 25.

Geyza initam a patre cum Ottone II. pacem in ipso regni aditu confirmavit. — Quaestoribus, opificibusque exteris liberam dedit in Hungariam commeandi facultatem, qua indulgentia magnam ad se traxit vicinorum frequentiam. — Religionem Christianam cum non exigua Hungarorum parte suscepit; — ad eam dilatandam pubemque Hungaram literis imbuendam *Clericis*, et *Religiosis Ordinis* praesertim *Benedictini* in regnum ex *Italia*, et *Bohemia* accersitis, domicilia posuit. — Filio *Vaic*, qui post baptismum Stephanus dictus est, *Giselam*, *Henrici Bavariae* Ducis filiam, uxorem desponsavit, anno 997-o vivere desiit. —

STEPHANUS Dux

ab anno 997 — 1000 = 3.

Post obitum *Geyzae* patris *Stephanus* regni gubernacula capessivit. — Sopita Hungaros

Magyarok, és Németek közt támadt kemény vitát, *Kupát* a' sümegi vezért, jó móddal nem boldogulhatván, fegyverrel törte meg. — Azután a' *pannonhegyi apátot*, *Astrikot*, II. *Sylvester* romai pápához küldötte, hogy a' magyar nemzetet fogadná az anyaszentegyház' keblébe, sz. dolgokban tett intézkedéseit erősítené meg, és koronát, mellyel megkoronáztatnék, küldene akkori szokás szerint. — István' kérelmeit a' pápa helyben hagyván, küldött kettős keresztet, és koronát, mellyel 1000-dik esztendőben augusztus' 15-én István meg is koronáztatott.

Magyar-Ország' történeteit régi szokásként három korszakra osztjuk: az elsőt *arpádi* korszaknak 1000 — 1301 — másodikat *vegyesnek* 1301 — 1526 — harmadikat *austriainak* mondjuk 1526 — jelenkorunkig. —

Első

vagy is

ÁRPÁDI KORSZAK.

Sz. ISTVÁN 1-ső király

1000 — 1038 = 38.

Véghez vitetvén a' koronáztatás' ünnepe, a' sz. király mind a' hitvallási, mind polgári dolgok' elrendeléséhez fogott. — De ezen idvességes, leginkább sz. dolgokbani változtatásainak keményen ellene szegezte magát II. *Gyula*, erdélyi fejedelem, kit legyőzvén és elfogván nőjével

inter, et Germanos acri dissensione, *Cupam*, ducem Simighiensem, cum lenioribus nihil proficeret, perdomuit armis. — *Astricum* dein *Montis Pannoniae Abbatem Romam* misit ad *Sylvestrum* II. Pontificem Romanum, ut Gentem Hungaram ad sinum Ecclesiae reciperet, constitutiones in rebus sacris confirmaret, et coronam, qua inaugureraretur, pro more illius aetatis mitteret. — Pontifex annuit postulatis et coronam cum duplicata cruce misit, qua *Stephanus* anno **1000** die **15**. Augusti coronatus est.

Historiam Hungariae adulto more in tres periodos dividimus: primam *Arpadianam* ab anno **1000** — **1301**-um — *Mixtam* alteram ab anno **1301** — **1526**-um; postremam *Austriacam* ab anno **1526** — usque nostra tempora dicimus.



Periodus I-ma
ARPADIANA.



S. STEPHANUS
ab anno **1000** — **1038** = **38**.

Peractis coronationis solenniis S. rex tam sacram, quam profanam Rempublicam ordinare est adgressus. — Verum salutari huic rerum praesertim sacrarum commutationi acriter se

és gyermekeivel őrizet ala tétete. — Azután *Keán* bolgár fejedelem ellen forditotta fegyverét, ki szinte legyőzetett, 's életétől megfosztatott.— Megmenekedvén ellenségeitől, az ország' kezdett rendelgetéseit folytatta, megalapitván az *esztergomi érsekséget*, **10** püspökséget állított. — *Új hivatalokat*, — *három ország' rendjeit* — és világi fő rendekből 's püspökökből *királyi tanácsot* alkotott. — *Új törvényeket*, *és rendeléseket* hozott. — Az országot **60** részekre osztván, mind egyikbe fő ispánt rendelt. — Mivel a' tudományok ezen korban, ha kiveszed *Görög*- és *Spanyol* országot, a' többi egész Europában czak nem egyedűl a' monostorokban tanítatnának, és a' sz. *Márton* tiszteletére **1001**-ben alapított *pannonhegyi* monostor' egyedűl egész országra nem volna elegendő, a' kegyes király több monostorokat allított — a' sz. *Benedek*, *rendjének*. — Illyen tudományos intézetekkel a' *püspökségek*, és *káptalanok* is elláttattak, — hogy meg annyi nevelő intézetek lennének a' papok' számára, és egyszer'smind gymnasiumok helyett is szolgálnának a' magyar ifjuság' oktatására. — Míg sz. *István* a' közjóért igy buzgólkodik, fia *Imre* hirtelen nyavalába esvén meghal **24** éves korában. — Szakadatlan gondok gyötrék ez időtől sz. Istvánt hagyandó örökösse miatt, — a' kijelelt *Vázullal*, nagybátyja' fiával, ki a' királyne mestersége által szeme' világától megfosztatván, nem boldogulhatott. — Végre hideglelésbe esett, felvévén a' haldoklók' szentségeit, e'világból kiköltözött nagy boldogAsszony napján **1038**-ban — hüledékei *Székes fejérvárott* a' tőle épitett b. Szűz' fő egyházába tétettek.

opposuit *Gyula* II. Transylvaniae Dux, quem victum, captumque cum coniuge, et liberis custodiae mancipavit. — Dein in *Keanum, Bulgarorum* Ducem, arma vertit, qui aeque victus, vitaque exutus est. — Superatis hostibus coeptam regni ordinationem continuavit, fundato *Archiepiscopatu Strigoniensi,* decem Episcopatus constituit. — *Nova officia* — *tres regni status* — e Magnatibus et Episcopis *Senatum regium* creavit. — *Novas leges, statutaque* tulit. — Regno in 60 circiter partes diviso Comites parochianos praefecit. — Cum literae hoc aevo, demta *Graecia* et *Hispania*, in tota reliqua Europa fere unice in Monasteriis docerentur, solumque Monasterium *S. Martini de Monte Pannoniae* 1001-o fundatum toti regno haud sufficeret, pius rex plura erexit Monasteria pro Ordine *Benedictino*. — Talibus institutis literariis *Episcopatus*, et *Collegia* quoque aucta sunt, ut essent quasi totidem seminaria sacerdotum, simulque Gymnasiorum vices obirent pro instituenda pube Hungara. — S. *Stephano* ita Reipublicae satagente filius eius *Emericus* repente morbo correptus diem supremum anno aetatis 24-o obiit. — Angebant deinceps D. *Stephanum* perpetuae curae de relinquendo haerede — destinato *Vasule* patruele suo artibus reginae excoecato voto potiri neutiquam potuit. — Tandem tactus febri, susceptis rite morientium sacramentis, ex hac vita migravit in festo Assumtionis B. M. Virginis anno 1038-o, exuviae eius Albae Regiae in Basilica Beatae a se exstructa conditae sunt. —

PÉTER 2-dik király

1038 — elűzetett 1044 — megszűnt 1046 = 8.

Péter Otto Vilhelm burgundiai grófnak *Giselától* sz. István' hugától való fia. — Uralkodása' elején tüstént elidegenítette magától a' Magyarokat: az ország' nagyjait gúnyolni, a' főhivatalokat, 's kapitányságokat *Németek*nek és *Olaszok*nak kezdé ajándékozni. — Magyarországnak, melly diák nevét Hungaria, *angor* vagy *angaria*, az az nehéz, és még a' Magyarok előtt ismeretlen szolgálat' nemétől vette, Németország alá kell vettetnie, gyakran hántorgatá. — Ezen cselekvés' módjával a' szabadságban született Magyarokat új elhatározásra kényteté, kik uralkodása' 3-dik esztendejében elmozdítván *Pétert* az országtól, *Abát*, sz. Istvan' huga' férjét, választják királynak. —

ABA SÁMUEL 3-dik király

1041 — 1044 = 3.

Sámuel elnyervén az országot, midőn tisztességes úton el nem érhetné megkoronáztatását, félelmet gerjesztve törekedett azt kicsikarni. — Az ország' nagyjait t. i. országos dolgok' végzése örve alatt *Csanádra* meghivja, és kikről gyanuja volt, hogy Pétert pártolják, nyársra vonatta, és magát hirtelen megkoronáztatta. — Hogy pedig valami kegyelem mutatással enyhítené kegyetlenségét, *Péter'* rendeléseit eltörlötte, és mindent előbbi karba visszatett. — Három háborút viselt III. *Henrik* császárral, a' harmadikban meggyőzetvén, futás közben elfoga-

PETRUS Rex 2.

ab anno 1038 — amotus 1044 — desiit 1046=8.

Petrus Ottonis Vilhelmi Burgundiae comitis ex *Gisela* S. Stephani sorore filius. — Principio statim regiminis sui animos Hungarorum a se abalienavit. — Summates enim regni ludibrio habere, *Teutonibus*, et *Italis* magistratus, et praefecturas conferre coepit. — Hungariam ab *angore*, aut *angaria* i. e. servitutis genere molesto, et nondum Hungaris nota dictam, Germaniae subiectam esse debere, saepius iactabat. — Hac sua agendi ratione Hungaros in libertate natos nova inire consilia coëgit, qui tertio regiminis anno amoto ab imperii maiestate *Petro*, *Abam*, sororis S. Stephani maritum, regem nominant.

SAMUEL ABA Rex 3.

ab anno 1041 — 1044 = 3.

Samuel ad regni clavum eluctatus cum via honesta sui inaugurationem obtinere non posset, terrore incusso extorquere proposuit. — Proceres videlicet regni de Republica consilia agitandi specie *Csanadinum* convocat, et de quibus suspicio fuit Petro favere, palis affigendos, seque tumultuario opere coronandum iussit. — Ut vero quodam clementiae facto crudelitatem minueret, Petri statuta abrogavit, cunctaque ad morem pristinum redire praecepit. — Bella tria gessit cum *Henrico* III. Imperatore, in tertio victus, in fuga interceptus, et ab Hungaris, quibus

tott, és a' Magyaroktól, kiknek uralkodásával ártalmokra volt, kegyetlenűl megöletett 1044. eltemettetett a' tőle építtetett *Saár* monostorban.

PÉTER ismét király.

Magyarok' akaratjából, és III. Henrik' segitségével, kihez országavesztett folyamodott volt. — De rövid időn ismét beállottak az előbbi egyenetlenségek. — A' király elrémülvén dolgai' sikeretlenségén, *Henriket* Magyarországba hivja, 's annak magát országostól, átadja. — Melly tette, hozzá járulván előbbi vadsága, annyira elkeserítette a' Magyarokat, hogy köz akarattal az Oroszországban tartózkodó *Endre* hivatnék meg a' királyi székre, *Péter* abból ismét kitétetvén. — Ezt megértvén *Péter*, Austriába sietett, de *Zamur* falunál a' boszús Magyarok' kezébe került, kik által szemeitől megfosztatott, melly fájdalmaiból következő évben *Székes fejérvárott* megholt, és *Pécsett* a' tőle építetett sz. egyházba eltemettetett 1047-ben.

I. ENDRE 4-dik király
1046 — 1061 = 15.

Első *Endre* tar *László*' fia Magyarországot a' legszomorúbb állapotban találta: ugyan is *Abaújvárnál Vatha*' vezérlése alatt igen számos támadók' serege tódult elejbe, kik irtóztatókat kérnek vala tőle. — *Endre*, nehogy eleve veszélyeztesse királyi méltóságát, *Vathának* enged. — De megesvén koronáztatása *Székes*

regnans nocuerat, crudeliter iugulatus **1044**-o et in Monasterio *Saár*, quod aedificaverat, sepultus est. —

PETRUS iterum Rex.

Voluntate Hungarorum, et virtute Caesaris *Henrici* III., ad quem solio privatus confugerat. — Verum brevi solita rursum prorupere dissidia. — Rex metu rerum ad irritum cadentium perculsus, Henricum in Hungariam vocat, eique se, regnumque suum tradit. — Quod factum accedente priore feritate adeo exacerbavit animos Hungarorum, ut voto communi *Andreas* in Russia Rubra commorans ad thronum capessendum invitaretur, *Petro* rursus regno abrogato. — Quo audito *Petrus* in *Austriam* properat, verum ad villam *Zamur* in coniuratorum manus venit, a quibus oculis privatus, quo dolore anno sequenti mortuus est *Albae Regiae*, sepultusque *Quinque-Ecclesiis* in Basilica a se erecta **1047**.

ANDREAS I. Rex 4.

ab anno **1046** — **1061** = **15**.

Andreas I. *Ladislai Calvi* filius Hungariam in funestissimo statu reperit: venienti enim ad *Abaujvár* Duce *Vatha* immensa seditiosorum multitudo horrenda quaequae postulantium occurrit. — *Andreas* ne sub initium regiminis sui regiam dignitatem in periculum coniiceret, *Vathae* connivet. — Verum peracta *Albae Regiae* coro-

fejérvárott az életben lévő három püpök által, országgyűlést tartott, mellyen igen kemény törvény hozatott a' közcsend zavarók ellen. — Honnét történt, hogy józanabb utra térvén, az anyaszentegyház', és hitvallás' tisztelete helyre állana. — Két hadat viselt: elsőt III. *Henrik* ellen, ki, éhségtől nyomattatván, kénytelenítetett a' Magyaroktól békét vásárlani. — Másodikat viselte Béla testvére ellen de szerencsétlenül, ugyan is a' megsebhedt király, midőn a' csatából menekedni iparkodnék, *Mosonnál* elfogatván *Zirczen* meghólt **1061**-ben — eltemettetett *Tihany*ban a' tőle alapított monostorban. —

I. BÉLA 5-dik király
1061 — 1063 = 3.

Első *Béla* más néven *Adalbert*, honi nyelven *Benin*, — *Endre'* legyőzetése után köz akarattal, elmellőztetvén a' gyenge koru *Salamon*, királynak választatott **1061**-ben. Az ország' közhasznára az adót megkisebítette, jobb nemű pénzt hozott divatba, az áruk' árát meghatározta, — hogy a' renyheséget munkássággal cseréltetné fel a' népnek parancsolatot adott szántóföldjei' szorgalmas mivelésére. — Végre midőn *Dömösön* tartózkodván *Ernest* austriai herczeg által *Salamon* ügyében okozott vesztes ségét megboszulni készül, széke öszverogyván földre esett, ezen esésből halálos nyavalya kerekedett, melly más világra is vitte **1063** — maga után hagyván *Geyza*, és sz. *László* fiait *Salamon* után királyokat, és *Lambertet*. —

natione a tribus Episcopis solum tunc superstitibus, comitia celebravit, in quibus strictissimam legem tulit contra publicae pacis turbatores. — Unde factum est, ut ad frugem redirent, Ecclesiae, Religionique pristinus restitueretur honos. — Bella gessit duo: primum cum *Henrico* III. quem fame pressum pacem ab Hungaris mercari coëgit — secundum adversus Belam fratrem sed infeliciter, nam ipse vulneratus, dum ex acie excederet apud *Mosonium* interceptus obiit in *Zircz* 1061. et in *Tihány* Monasterio a se fundato tumulo illatus est. —

BELA I. Rex 5.

ab anno 1061 — 1063 = 3.

Bela I. alio nomine *Adalbertus*, patria lingva *Benin* — Andrea devicto unanimi Hungarorum voto posthabito legitimo haerede tenello *Salamone* rex salutatus est anno 1061. Ad communem regni utilitatem vectigalia imminuit, usum melioris pecuniae introduxit, rebus venalibus pretia defixit, — ut otium labore interpellaret, populum summa industria agros colere imperavit. — Ad extremum dum *Dömösini* commorans cladem in causa *Salamonis* ab *Ernesto* Austriae Marchione acceptam ulcisci parat, corruente sella humo allisus lethalem sibi concivit morbum, ex quo et animam egit 1063. — relictis filiis *Geyza*, *Ladislao* S., post Salamonem regibus, et *Lamberto*. —

SALAMON 6-dik király
1063 — 1074 = 11.

Meghalálozván első *Béla* az ország *Geyza*', és *László*' átengedéséből *Salamon*ra szállot; megtartatván mindazonáltal, és *Salamon*tól megerősíttetvén jogjok Magyarország, harmadrészéhez. — Ezen egyezés a' herczegek, és *Salamon* közt nem sokáig állhatott fen, oka *Vid* a' király' tanácsosa volt: kinek tanácsából Salamon Magyarország' harmadát megtagadta a' herczegektől. — Minekelőtte még is a' dolog hadra került, a' béke helyre állott. — De ezen béke nem volt tartós, mert *Vid* a' gyenge királyt annyira eltöltötte gyanúval és félelemmel, hogy a' herczegeket élete ellen vélvén törni, azokat kivégezni eltökéllené. — Azonban a' veszély felől jókor értesíttetvén a' herczegek, minden cselt kikerültek. — Míg ismét fegyverre került a' dolog, és Vácznál meggyőzetvén a' herczegektől Salamon a' győzedelmet koronájával együtt elveszté, mellyet nem is nyert többé vissza. —

I. GEYZA 7-dik király
1074 — 1077 = 3.

Első *Geyza* Magyarok' kérelmére, és a' romai pápa VII. *Gergely*' helybenhagyására fogadta el megkoronáztatását 1075-ben. — Ezen országunk' mind egyházi, mind világi dolgokbani ősi szabadságáért buzgólkodó igen dicséretes király, míg élt, mindenkor kész volt a' királyi széket *Salamon*nak visszaadni: honnét

SALAMON Rex 6.
ab anno **1063 — 1074 = 11.**

Exstincto *Bela* I. regnum devolutum est cessione Ducum *Geyzae*, et *Ladislai* ad *Salamonem*; retento tamen, et per *Salamonem* confirmato iure sibi ad tertiam Hungariae partem. — Concordia haec inter Duces et Regem non diu salva permansit — causa *Vidus*, regis minister fuisse traditur, cuius consilio *Salamon* tertiam Hungariae partem Ducibus negavit. — Antequam tamen ad bellum ventum fuisset, pax coaluit. — Verum pax haec non fuit diuturna, nam *Vidus* tenerum regis animum suspicione, et metu adeo complevit, ut is vitae suae a Ducibus insidias parari existimans illos e medio tollendos statuerit; mature tamen de periculo edocti Duces omnes insidias eluserunt. — Donec ad arma iterum ventum est, et ad *Vacium Salamon* a Ducibus superatus victoriam cum corona amisit, quam nec amplius recuperavit. —

GEYZA I. Rex 7.
ab anno **1074 — 1077 = 3.**

Geyza I. Hungarorum precibus victus, ac consensu Romani Pontificis *Gregorii* VII. inaugurationem admisit sui **1075**. — Rex hic ob zelum immunitatis reipublicae tam sacrae, quam profanae laudatissimus, quoad vixit, ad restituendum *Salamoni* solium paratissimus exstitit: unde decrevit ei partem dominatus sui

el is határozta magában részét országának a' szegénységgel küzdő *Salamon*nak átadni, de midőn ezen dolog halasztatik, *Geyza* élni megszünik, *Váczon* temettetett a' tőle építtetett templomba 1077-ben. —

Sz. LÁSZLÓ 8-dik király
1077 — 1095 = 18.

Sz. *László Geyza'* testvérének nyomdokit követvén a' királyi méltóságot sokáig nem fogadta el, nem is akarta Salamon' éltében a' koronát fejére tétetni, és magát királynak neveztetni; midőn azonban igen kéretnék, és a' nagyok' idegenkedését látná *Salamon* iránt, ne hogy kárát szenvedné az ország, a' koronát *Salamon'* megegyezésével elvállalta 1081-ben. — De azonnal annyira megbánta tettét *Salamon*, hogy *László'* élete ellen törekednék, a' miért elfogatott, és a' *visegrádi* várba záratott, nem is szabadult meg előbb mint 1083-ban, hogy sz. *István'*, *Imre'*, és *Gellért'* testeik' felvételénél jelen lehetne — négy év mulva *Kunok'* társaságában a' *Görögök*, és *Bolgárok* ellen scatázván, megöletett. — Több háborui voltak sz. *László*nak a' *Kunok* ellen, mellyeket szerencsével végzett. — Végre nyavalyába esett, Magyarországot *Kálmán* fiának, az általa meghódított *Horvát*-országot pedig *Almus* unokájának hagyván, *zágrábi* püspökséget alapítván, és külön időben igen hasznos törvényeket hozván 1095 haldoklók' szentségeivel ellátott lelkét kiadta, teste rendelése szerint *Váradra* vitetett a' tőle alapított főegyházba. —

tradere, ne ille vitam miseram agere compelleretur, verum cum negotium procrastinatur, *Geyza* e vivis excedit tumulo illatus *Vacii* in Basilica a se fundata **1077.**

S. LADISLAUS Rex 8.

ab anno **1077 — 1095 = 18.**

S. *Ladislaus Geyzae* fratris vestigia prosecutus regiam dignitatem diu recusavit, neque Salamone superstite coronari, seque regem salutari voluit; — cum tamen enixius rogaretur, Optimatumque animos cerneret contra *Salamonem* exacerbatos, ne regnum aliquod detrimentum caperet, coronam consentiente Salamone acceptavit **1081.** — Verum facti mox adeo poenituit *Salamonem*, ut vitae *Ladislai* insidias strueret. — Quare comprehensus arci *Visegradiensi* inclusus, nec nisi **1083.** liberatus est, ut elevationi S. *Stephani*, *Emerici*, ac *Gerardi* corporum interesset — post quatuor annos contra *Graecos*, et *Bulgaros* in societate *Cumanorum* pugnans caesus est. — Bella Ladislao plura erant contra *Cumanos*, secundo tamen marte terminata. — Morbo demum correptus, Hungaria *Colomanno* filio, *Croatia* a se S. *Coronae* adiecta Almo nepoti resignata, Episcopatu *Zagrabiensi* fundato, saluberrimisque legibus diversis temporibus latis **1095.** animam morientium sacramentis provisam emisit, corpus eius, ut constituerat, *Varadinum* delatum in Basilicam a se erectam. —

KÁLMÁN 9-dik király
1095 — 1114 = 18.

Kálmán Sz. *László'* fia megkoronáztatván, és a' felzendült *Horvát*országot szorosabb engedelmességre téritvén, a' kereszteseket, kik öldöklésekkel, és ragadozásokkal boszantják vala Magyarországot, nagy vesztességökkel megverte. — Országgyülést hirdetvén jeles törvényeket hozott — a' *halálos* büntetést csak nem egészen eltörlötte, a' gonosztévőket nem hóhér pallosára kárhoztatván, hanem *püspökök'*, és *esperestek'* törvényszékére utasitván.— Azért megparancsoltatott, hogy minden püspök *fenyitő házat* építessen, hol a' vétkesek bőjttel, munkával, de leginkább papok' intéseivel, és keresztény tudományra való oktatás által javítatnának. — A' *boszorkányokról*, mellyek nincsenek, említést tenni tilalmazta.— *Dalmatiát* magyar hatalom alá hódította. — Meghalt 1114-ben és a' *Székes fejérvári* királyi temetőbe tétetett. — Jeles tudománya, és könyvtára miatt, melly akkori időben nagy ritkaság volt, *könyves Kálmán*nak neveztetett. —

II. ISTVÁN 10-dik király
1114 — 1131 = 17.

Második *István* tizenhárom éves korában 1114-ben megkoronáztatva következett atyja *Kálmán* után az igen szépen virágzó országban, ifju kora miatt országlásra elégtelen lévén, hét esztendeig a' fő rendek' gyámnoksága alatt volt — kik azonban a' királyi hivatalt is viselték. —

COLOMANNUS Rex 9.

ab anno 1095 — 1114 = 18.

Colomannus S. *Ladislai* filius peracta coronatione *Croatiaque* rebelli ad arctius obsequium reducta, *Cruce Signatos* Hungariam caedibus, ac rapinis infestantes insigni clade adfecit. — Indicto Procerum conventu praeclaras leges tulit: poenam mortis fere penitus abolevit, criminum reos non gladio subiiciens, sed ad *Episcoporum*, et *Archidiaconorum* tribunal relegans. — Unde lege praeceptum fuit, ut Episcopi singuli *domos correctorias* erigerent, in quibus rei ieiunio, laboribus, cumprimis vero Sacerdotum monitis, et recta in doctrina Christiana institutione ad frugem revocarentur. — De *Sagis*, quae non sunt, mentionem fieri prohibuit. — *Dalmatiam* iuribus Hungaricis asseruit. — Mortuus anno 1114. Albensi regum tumulo illatus est. — Ab eruditione insigni, et Bibliotheca, quae rarissima tunc temporis fuit, *könyves Kálmán* dictus est.

STEPHANUS II. Rex 10.

ab anno 1114 — 1131 = 17.

Stephanus II. tertium supra decimum agens annum patri *Colomanno* 1114. coronatus successit in regno sane florentissimo, ob iuvenilem aetatem regendo impar, septem annos tutelae Procerum subiacuit, interea etiam regia munia obeuntium. — Initio regiminis totius

Országlása' elején csak nem egész *Dalmatiát* elvesztette, mellyet mindazonáltal utóbb visszanyert. — Sürgettetvén az ország' nagyjaitól megházasodott, melly házassagból azonban nem született gyermeke. — Azért lassanként örökösről kezde gondolkozni. — Ekkor épen idején az eléhozatott *Belát*, *Almus*' fiát, megkoronáztatta, és *Uros*' leányát *Ilonát* vetette el vele feleségűl. — Maga pedig lemondván az országról, és szerzetes köntöst öltvén virágzó korában, midőn ifjukori hibáit erkölcsökkel iparkodik vala helyre hozni, megholt 1131-ben, *Nagy Váradon* temetteték nagyatyja' sz. *László*' tetemei mellé. —

Vak BÉLA II-dik király
1131 — 1141 = 10.

Vak *Béla*, *Almus* herczegnek fia, Lambertnek unokája, a' *pecsváradi benedictinusoktól* neveltetett fel, 's még II. *István*' éltében megkoronáztatott 1131-ben. — Azonnal *Borichtól*, ki magát *Kálmán* törvényes fiának hirlelé, ismételve megtámadtatott, — de igyekezetét részint okosságával, részint fegyverével sikeretlenítette. — Az *aradi* gyülésen 68 férfiak, kik *Almus*, és *Kálmán* közti viszálkodásoknak, és kivakitatásának okai voltak, halállal lakoltak. — A' *dömösi* prépostságot alapítván, megholt 1141-ben a' *Székes fejérvári* királyi temetőbe tétetett, — három fiat hagyván maga után *Geyzát*, *Lászlót*, és *Istvánt*. — Hibául tulajdoníttatik neki, hogy meghalván felesége bővebb boritalnak adta magát.

fere *Dalmatiae* iacturam fecit, quam tamen tardus revindicavit. — Urgentibus regni Proceribus duxit uxorem, ex qua tamen nullas suscepit proles. — Unde sensim de successore constituendo cogitabat. — Tum opportune productum *Belam Almi* filium coronandum, eique *Helenam Urosii* filiam connubio iungendam curavit. — Ipse vero regno se abdicans, accepto monastico habitu decessit viridi aetate, cum errores adolescentiae virtutibus emendare studeret, 1131. — Sepultus *Varadini* pone ossa avi sui S. *Ladislai.* —

BELA coecus Rex 11.

ab anno 1131 — 1141 = 10.

Bela coecus *Almi* Ducis filius, *Lamberti* nepos, a *Benedictinis Pecsvaradiensibus* educatus, adhuc vivente *Stephano* II. coronatus est. — Mox a *Borichio*, qui se *Colomanni* genuinum filium dictitabat, impetitus iteratis vicibus fuit, cuius tamen conatus partim prudentia, partim armis irritos reddidit. — In comitiis *Aradini* habitis de 68 viris, qui simultatum *Almum* inter, et *Colomannum*, excoecationisque suae causa exstiterunt, capitalem poenam sumsit. — Fundata Praepositura *Dömösiensi*, relictis tribus filiis *Geyza*, *Ladislao*, et *Stephano* obiit 1141. — *Albano* regum tumulo illatus. — Vitio ei datur, quod defuncta uxore vino largius indulserit. —

II. GEYZA 12-dik király

1141 — 1161 = 20.

Második *Geyza* harmadnapra atyja' halála után megkoronáztatott, nehogy, mitől tartani lehetett, *Borich* felsegíttetvén a' pártosoktól, valami bajt okozzon. — Ezen fejedelem *Borich* miatt többféle háborukba keveredett, de még is szerencsés kimenetellel. — Az *austriaiakat* fegyverrel, a' *görögöket* pedig pénzzel csendesítette le. — Okosságával és szelidségével az *István* testvérétől támasztott pártosságot sikeretlenné tette. — 1143 táján a' *Szászokat* Erdélybe szállította, — meghalálozván *Székes fejérvárott* nemzeti szokás szerint megtétetett neki a' halotti pompa. —

III. ISTVÁN 13-dik király

1161 — 1173 = 12.

Harmadik *István*, II. *Geyza*' fia, atyja' halála után az ország' kormányját átvette, és *Székes fejérvárott* megkoronáztatott. — Hogy annál inkább magához édesgetné a' Magyarokat három évi adójokat elengedte — ezen jó szivűségével még is el nem kerülhette a' veszélyt, *Manuel*, görög császár, *Istvánt* vak *Béla*' fiát tolván a' Magyarokra, — kik részint háború' félelméből, részint ajándékok által oda hagyván III. *Istvánt*, a' koronát előbb *Lászlónak*, azután *Istvánnak*, ezen néven negyediknek, elhatározták átadni. —

GEYZA II. Rex 12.

ab anno 1141 — 1161 = 20.

Geyza II. statim tertio ab obitu patris die coronatus est, ne quod timebatur, *Borichius* factiosorum ope adiutus aliquid molestiarum causaret. — Princeps hic diversis bellis studio *Borichii* excitatis agitatus fuit, successu tamen felici usus. — *Austriacos* armis, *Graecos* aere soluto a bello inferendo amovit. — Prudentia, ac mansuetudine effecit, ut seditio a *Stephano* fratre tentata, successum nancisci neutiquam potuerit. — Circa 1143 Saxones in Transylvaniam introduxit. — Mortuo *Albae Regali*, ut mos Gentis erat; iusta persoluta sunt. —

STEPHANUS III. Rex 13.

ab anno 1161 — 1173 = 12.

Stephanus III. *Geyzae* II. filius post obitum patris sui regni gubernacula adiit, *Albaeque Regiae* inauguratus est. — Ut tanto arctius Hungarorum animos sibi devinciret, trium annorum tributum eis remisit, liberalitate tamen hac sua periculum avertendo non erat, *Manuele* Graecorum Imperatore Stephanum *Belae* coeci filium Hungaris obtrudente, qui metu armorum, munerumque largitione desertis *Stephani* tertii partibus, coronam temere *Ladislao* primum, dein *Stephano* hoc nomine quarto deferendam pronunciarunt. —

II. LÁSZLÓ 14-dik király

1161 — 1162 = $^1/_2$.

Második *László* királylyá lett inkább *Mánuel'* erőszaktétele, mint Magyarok' akaratja által, de hat hónap mulva megszünt élni; az utóvilágnál semmi más dologról, mint királyi czimjéről emlitendő. —

IV. ISTVÁN 15-dik király.

1162-ben kezdett, és szünt meg.

Kimulván II. *László*, IV. *István* 1162-ben kicsikarta koronázását a' Magyaroktól. — Kevélysége, és rendetlen tettei által gyülölségbe esvén, öt hónap mulva királyi székéből, söha vissza nem nyerendőből, elüzetett. —

III. ISTVÁN visszatétetvén.

Uralkodott 1173-ikig, melly esztendőben meghalt — t. i. *Manuel* görög császártól különbféleképen üldöztetvén — helyre állván a' béke, és különféle törvényeket hozván, örökös nélkűl Esztergomban temettetett el. —

III. BÉLA 16-dik király

1173 — 1196 = 23.

Harmadik *Béla* II. *Geyza'* fia, utolsó csemete lévén, *Manueltől*, kinek udvarában neveltetett, és már *Byzántium*ban császárnak is kineveztetett, a' magyar királyi székre visszakéretett. *Gallicziát*, és *Lodomeriát* a' sz. koronához kapcsolván, *Szeremséget*, *Bosniát*, és *Dalmacziát*,

LADISLAUS II. Rex 14.

ab anno 1161 — 1162 = $^{1}/_{2}$

Ladislaus II. *Manuelis* potius violentia, quam consilio Hungarorum Rex factus, sed post semestris imperii spatium desiit; nulla alia re, quam titulo Regis posteris memorandus. —

STEPHANUS IV. Rex 15.

ab anno 1162 coepit, et desiit.

Sublato e vivis *Ladislao* II. *Stephanus* IV. 1162. ab Hungaris sui coronationem extorsit. — Ambitione sua, et inordinata agendi ratione exosus, post 5 menses e regno nunquam amplius recuperando, pulsus est. —

STEPHANUS III. restitutus.

Solio redditus *Stephanus* III. regnavit usque 1173, quo vivere desiit — nimirum a *Manuele* Graecorum Imperatore varie exagitatus; pace confecta, diversisque constitutionibus editis, improlis tumulo illatus est Strigonii.

BELA III. Rex 16.

ab anno 1173 — 1196 = 23.

Bela III. *Geyza* II. patre natus, cum unicus esset surculus, a *Manuele*, in cuius aula educabatur, etiam *Byzantii* Caesar renunciatus est, ad solium Hungaricum repetitus est. — *Gallicia*, et *Lodomeria* sacrae coronae adiectis, *Syrmio*, *Bosnia*, et *Dalmatia* e

a' *Görögök*től visszanyervén, könyörgő leveleket hozván divatba a' királyi udvarban, — és a' tudományokat jobb karba állítván, — *Lászlót* 1182-ben szentek közé számláltatta. — *Imre* fiát királynak szánván, *Endré*nek pedig, hogy helyette a' sz. földre menne, temérdek kincset hagyván, más világra költözött *Székes fejérvárott* 1196-ban, hol csontjai is nyugosznak. —

IMRE 17-dik király
1196 — 1205 = 9.

Az igen jó karban lévő országot azonnal, hogy igazgatni kezdette *Imre*, *Endre*' testvére' nagyravágyáse miatt csak nem elpusztulva látta. — De *Endre* több sikeretlen intések után elfogatván, az egész pártos sereg fegyverét lerakván a' király' lábaihoz bukva kegyelemért esdeklett, mellyet meg is nyert, egyedűl *Endre* *Slavonia*' *Kheene* nevü várába tétetvén őrizet alá. — Végre mind kül, mind bel dolgait lecsendesítvén — *László* fiát királynak, *Endrét* pedig annak gyámnokává rendelvén megholt, *Egret* valamint halála, ugy temetése helyéül is nyerte. —

III. LÁSZLÓ 18-dik király
1204 — 1205 = $^1/_2$.

Három éves volt *László*, midőn atyját *Imrét* elvesztette, következö esztendőn *Bécsben* megholt, hová anyja öszveszedvén az ország' ékeit, vele együtt *Endré*től félelem gerjesztetvén benne a' királyi méltóság miatt, szaladt volt. —

Graecorum manibus revindicatis, — introductis in aula regia libellis supplicibus — literarumque studiis restauratis, *Ladislaum* 1182 *Sanctorum* *Albo* inferri curavit. — *Emerico* filio rege designato, *Andreae*, ut sui loco in *Palaestinam* proficisceretur, ingenti thesauro relicto. — *Albae Regiae* fatis cessit 1196. ubi et ossa cubant. —

. EMERICUS Rex 17.

ab anno 1196 — 1205 = 9.

Regnum optime constitutum mox ut adiit gubernandum *Emericus Andreae* fratris ambitione vix non eversum vidit. — Verum *Andrea* saepius monito, nec tamen sapere volente, intercepto, universa rebellium, eius asseclarum multitudo abiectis armis regis pedibus advoluta supplex veniam petiit, quam et accepit, unicus *Andreas* in arce *Slavoniae Kheene* custodiae datus est. — Demum rebus externis pariter ac domesticis placatis, *Ladislao* filio rege, et *Andrea* eius tutore constituto, diem obiit supremum, *Agriam* ut locum mortis, ita sepulturae nactus. —

LADISLAUS III. Rex 18.

ab anno 1204 — 1205 = $^1/_2$.

Triennis erat infans *Ladislaus*, cum patrem *Emericum* amisit, anno sequenti *Viennae* obiit, quo mater cum eo, timore ab *Andrea* incusso ob regiam dignitatem, convasatis regni insignibus, confugit. —

II. ENDRE (jerusálemi) 19-ik kiraly
1205 — 1235 = 30.

Második *Endre* elnyervén *László'* halála után a' királyi méltóságot, szembetünőleg megváltozott: ugyan is *Gertrud'* nőjének hizelgései annyira megbájolták, hogy annak kénye szerint folynának nem csak a' házi, hanem országos dolgok is, annak akaratjából külföldiek emeltetnének Magyarok' elmellőzésével a' főbb hivatalokra s. t. b. — Nem lévén tehát otthon a' király *Galliczia'*, és *Lodomeria'* lecsendesítése végett **1213**-ban, az öszveeskedtek, *Bánk* nádor' vezérlése alatt a' királynet megölik. — Ezen fekete tettet a' király meg nem merte boszulni, nehogy a' Magyarokat még inkább felingerelje. — Azután atyja' fogadását akarván tellyesíteni, *Palaestinába* ment, de míg máshol jár, az árván hagyott haza keserves nyomoruságokkal küzdik. — Mind e', mind régibb roszszak' orvoslása végett **1222**-ki ország' gyülésén végzemény adatott ki, melly *arany bullának* neveztetik arany nyomjegye miatt. — Mivel pedig a' királyi javak' jövedelmét *Zsidókra*, és *Ismaëlitákra* bizta, számtalan bajokat áraszta az Országra, mellyeknek végét meg nem érhette, kiszólítatván e' világból **1235**-ben — eltemettetett *Nagyváradon.* — Ezen fejedelem uralkodása alatt **1227**. a' magyar koronához kapcsoltatott *Moldva,* melly akkor *Kumaniának* mondatott. —

IV. BÉLA 20-dik király
1235 — 1270 = 35.

is történt *Ferdinánd*, és *Isabella* közt a' béke, — a' feltételek ezek: *Isabella* a' koronát, Erdélyt, és Tisza melléki Magyarországot adja vissza Ferdinándnak. — Viszont *Isabella* **100** ezer aranyat az *opoliai* herczegséggel, és *Zápolya*' örökségét nyerje *Ferdinánd*tól. — Ezen feltételeket *Isabella* harmadnapi komoly meggondolás után elfogadja. *Soliman* ezt megértvén végpusztulással fenyegette az Erdélyieket, ha *Isabellát* hajdani meltóságába vissza nem állítanák. — *Isabella* visszatétetvén méltóságába, azt szorongatások közt **4** évig birta, végre meghalt *Gyulafejérvárott* **1560**. — Ennek halála után *Ferdinánd* **8** évi fegyverszünetet kötött *Solimán*nal **30** ezer arany évenkénti adó mellett. — Megkészülvén ezen béke, *Ferdinánd* nem sokáig élhetett; mert fiát *Maximiliánt Pozsonyban* következőjének megkoronáztatván, meghalt **1564**. — Ezen fejedelem' uralkodása alatt hintettek el az *ágostai*, és *helvetziai* vallást tartók' hitágazatjaik előbb Erdélyben, azután Magyarországban. — Jeles pártolója volt a' tudományoknak; — bizonyságot tehet az **1548**-diki országgyülés, mellyben az határoztatott: hogy a' melly pénz ezen zavaros időkben az elhagyatott monostorok' vagyonaiból begyűlt, tanitók' fizetésére, és oskolák' felállítására fordítassék. — Ezen időben (**1561**) hozta be Magyarországba a' *Jesuitákat Oláh Miklós esztergomi* érsek, és azonnal *Nagyszombatban* nyiták meg az első gymnasiumot.

MAXIMILIÁN 37-dik király
1564 — 1576 = 12.

A' békét, mellyet *Ferdinánd Solimán*nal 8 évre kötött volt, megzavarták a' Törökök; nem

millia cum ducatu *Opoliensi*, et haereditatem *Zápolyae* accipiat. — Conditiones has *Isabella* post trium dierum maturam recogitationem acceptavit. —

Solimannus hac de re certior factus toti Transylvaniae excidium minabatur, ni *Isabellam* pristinae dignitati restituerent. — *Isabella* regno reddita inter angores 4 annos regnavit, — mortua demum Albae Juliae est **1560**. — Post mortem *Isabellae Ferdinandus* in octennium pacem pepigit **30** aureorum millibus quotannis *Solimanno* pendendis. — Pace hac *Ferdinando* diu frui non licuit; nam filio *Maximiliano* Posonii in successorem coronato, obiit diem suum **1564**. — Regnante hoc principe seminata sunt dogmata *Augustanae*, et *Helveticae* Confessionum primum in Transylvania, tum in Hungaria. — Fuit literarum fautor egregius: documento sint comitia de anno **1548**. in quibus sancitum est: ut quae pecunia turbulentis his temporibus ex coenobiorum desertorum fundis redibat, in docentium stipendia, Gymnasiaque erigenda convertantur. — Hoc tempore (**1561**) introduxit *Jesuitas Nicolaus Oláhus* Archiepiscopus *Strigon*. in Hungariam; ac *Tyrnaviae* mox primum Gymnasium aperuere. —

MAXIMILIANUS Rex 37.

ab anno **1564** — **1576** = **12**.

Pacem, quam *Ferdinandus* cum *Solimanno* in octennium fecit, turbarunt Turcae non modo

csak a' szomszéd tartományokat pusztítván; hanem több várakat is hatalmok alá hódítván. — E'hez járulának még a' *Zápolya Sigmond*dali pörök is, ki Erdélyt, Magyarország' Tisza melléki részével, és a' királyi czimet kérte *Maximilián*tól. — Ellene *Maximilián* hadat indítván *Svendi Lázár'* vezérlése alatt, több várait elvette. — *János Sigmond Solimán*nál bepanaszlá a' rajta elkövetett igazságtalanságot, 's nem siker nélkűl: *Solimán* ugyan is azonnal **300** ezer fegyveresével Magyarországba indult **1566** — és először *Eger*nek, azután megváltoztatván szándékát *Szigetvár*nak tartott. — Várkapitány volt amaz igen hires vitéz *Zrinyi Miklós*, ki minekutána a' várat **1,500** katonáival **200** ezernél többől álló Törökök ellen hitelt muló vitézséggel oltalmazta volna, az ellenséget többször husszornál visszavervén a' falaktól; végre a' lángba borítatott vár bátorságos menedéket nem nyujthatott, kirohanván az ellenség' tömött soraiban nagy vérontást tőn, 's életét övéivel együtt a' honért dicsőségesen feláldozta. — A' megszállás alatt maga is *Solimán*, a' *keresztények' félelme*, élni megszünt, — halála azonban a' vár' megvételéig titokban tartatott. —

Solimán után következett II. *Selim*, — kitől *Maximilián Veráncz Antal* követje által 8 évre illy feltételek alatt nyert fegyvernyugvást: **1.**) A' *Török*, *Maximilián*, és *János Sigmond* ezentúl minden ellenségeskedéstől szünjenek meg, és ki mit háború által elfoglalt, azt birja békességben. — **2.**) *Sigmond* „*Serenissimus*" czimmel megelégedvén, a' királyi czimről mondjon le, — Erdélyt örökségi joggal, — *Bihar*, *Kraszna*, *Marmaros*, és *Közép Szolnok* megyéket élte' napjáig birja.

vicinas sibi ditiones depopulantes; verum etiam complures arces in suam potestatem redigentes. — His accessere lites cum *Sigismundo Zápolya*, qui Transylvaniam cum parte Hungariae Tibisco adiacente, regisque titulum a *Maximiliano* postulavit. — Cui *Maximilianus* duce *Lazaro Schvendio* bellum faciens plures arces ademit. — *Joannes Sigismundus* quaestus iniuriam apud *Solimannum* non sine successu: — *Solimannus* enim mox cum tercentenis armatorum millibus expeditionem suscepit **1566.** et primo *Agriam*, dein mutato consilio *Szigetvárinum* contendit. — Praeerat arci heros fortissimus *Nicolaus Zrinyi*, qui postquam arcem **1,500** militibus contra Turcarum multitudinem ducentenis millibus maiorem incredibili fortitudine defendisset, hostem plus vicies a moenibus reiiciendo; — flammis tandem arx correpta securum locum praebere non potuit, — facta eruptione inter confertissimos hostium cuneos dira strage edita vitam pro patria gloriose cum suis profudit. — Sub obsidione ipse quoque *Solimannus*, *terror christianorum*, fatis cessit, — celata tamen mors eius fuit usque expugnationem arcis.

Solimanno successit *Selimus* **II.** a quo *Maximilianus* per legatum *Antonium Veranczium* in 8 annos his conditionibus obtinuit inducias: **1.)** Ut *Turcae*, *Maximilianus* et *Joannes Sigismundus* omni deinceps abstinerent hostilitate, et quod quisque bello occuparat, in pace possideat. — **2.)** *Joannes Sigismundus* „*Serenissimi*" Principis titulo contentus, regiae nuncupationi valedicat, Transylvaniam iure haereditario, — *Bihariensem*, *Krasznensem*, *Marmarosiensem*, et *Szolnok mediocrem* Comitatus ad dies vitae teneat. — Si

— Ha pedig örökös nélkűl hunynék el, szabad légyen az Erdélyieknek vajdát választani, kit akarnak. — A' megkötött béke után *Zápolya* nem sokára kora halál által kiszólíttatott 1570, mint *Socin* vallású, nemzetségét magával a' sirba vitte. — *Zápolya* halála után *Maximilián Békesi Gáspárt* ajánlotta az Erdélyieknek, kit azonban részint *socin* vallása, részint kiálhatatlan keménysége miatt letettek, és *Báthori Istvánt*, utóbb Lengyel királyt, választották vajdának. — Ez Lengyel királylyá lévén, helyette Kristóf testvére választatott. — Végre meghosszabbítván *Maximilián Amuráttal*, *Selim*' következőjével 8 évre a' fegyverszünetet, minden gondját Magyarország' sérelmei' orvoslására fordítá; 's megkoronáztatván *Pozsonyban Rudolf* fiát, — midőn hadat készit a' Lengyelek ellen, — *Regensburgban* meghal 1576. — *Maximilián*' idejében kezdett *Socinus*' vallása Erdélyben leginkább *Blandrata György*, orvosból lett theologus által terjesztetni. — Ezen időben gymnasiumok, és több alsóbb oskolák alapíttattak leginkább Protestánsok által. —

RUDOLF 38-dik király
1576 — 1608 = 32.

*Rudolf*nak azonnal országlása' kezdetén első, 's legnagyobb gondja volt, hogy Magyarországot bátorságositsa a' Török ellen: azért *Ernest* testvérére a' magyar, *Károlyra*, atyjáróli bátyjára pedig az illyriai hadi seregeket bizta. — A' 8 évi, sőt 1583. *Nyári István* által 9 évre a' Törökökkel meghosszabíttatott fegyvernyugvás alatt, szabad volt ugyan mind a' két félnek az ellenfél' tartományaira utni, 's csekélyebb csatákba egyveledni, de

autem sine haerede decederet, liberum sit Transylvanis, quem vellent, Vajvodam eligere. — Paci conclusae *Zápolya* non diu supervixit praecoci morte ereptus 1570 *Socini* placitis addictus, — stirpem suam secum tumulo intulit. —

Post mortem *Zápolyae Maximilianus* Transylvanis commendavit *Casparum Békesi*, quem tamen partim ob Socinianismum, partim ob intolerandam duritiem reiecerunt, et Vajvodam proclamarunt *Stephanum Báthori* postea regem Poloniae. — Huic thronum Polonorum conscendenti successit frater eius *Christophorus*. — Prolongatis demum *Maximilianus* cum *Amurathe Selimi* successore iterum in 8 annos induciis, omnem operam malis Hungariae medendis adhibuit; coronatoque filio *Rudolpho Posonii*, — cum bellum in Polonos parat, — *Ratisbonae* moritur 1576.— Tempore *Maximiliani* coepit doctrina *Socini* in Transylvania potissimum per *Georgium Blandratam* ex medico theologum propagari. Hoc aevo Gymnasia, et Scholae inferiores praesertim a Protestantibus plures erectae sunt. —

RUDOLPHUS Rex 38.

ab anno 1576 — 1608 = 32.

Ab aditu regni prima, et maxima cura *Rudolpho* fuit, Hungariam adversus Turcas communire: hinc *Ernestum* fratrem Hungaricis, *Carolum* vero patruum Illyricis praefecit copiis. — Durantibus octennalibus, imo in 9 annos 1583 per *Stephanum Nyári* cum Turcis denuo productis induciis, licitum quidem erat utrique parti alterius provincias armis petere, levioraque proelia inire,

álgyúkkal várakat megrohanni, tilalmas volt. — Míg *Sinán* fővezér visszatérvén a' *pérsiai* háboruból, minden mesterségét megveté, hogy *Amuráthot* a' fegyverszünet' megszegésére birhatná, kit midőn látna adott szava mellett állhatatosan megmaradni, — *Hassant*, a' *bosniai* vezért, izgatá a' Magyarország' határain teendő pusztításokra. — Ki minekutána *Rudolf*' seregeitől több izben visszaveretett volna, panaszt tett *Amuráth*nál. — *Amuráth Sinán*' vezérlése alatt hadat izent a' Magyaroknak, és nagy gyorsasággal *Győr*, *Pápa*, *Veszprém*, elfoglaltattak. — *Komárom* is megpróbáltatott, de siker nélkűl. —

Azonban *Rudolf* a' *pozsonyi* gyülésen tetemes segedelmet nyervén hadi seregeit *Mátyásra* és *Maximiliánra* bizta nem csekély sikerrel: ugyan is *Mátyás*, *Esztergomot*, *Pálffi Miklós* és *Schwarzenburg Adolph Győrt* vették vissza. — *Maximilián* pedig *Báthori Sigmonddal* az erdélyi fejedelemmel, ki oda hagyván a' török gyámnokságot, *Rudolf*noz visszatért, az ellenséget *Keresztesnél* nem messze *Miskolcztól* igen megverte (**20** ezeret ölvén meg) **1596**. — Midőn több várak kicsinyenként visszavétetvén, egy kis remény kecsegteté a' Magyarokat *Buda*' visszafoglalhatása irant is — *Bocskai*' zendülése kiüt. — Ennek eredetét *Báthori Sigmond*' állhatatlanságától kell származtatni: ki ismételve lemondván az erdélyi fejedelemségről zavarokra adott okot. — *Rudolf* a' kezébe került Erdélyt először *Maximilián* testvérére, azután *Básta* fővezérére bizta, ez nem sokára hegyetlenségével, és a' katonaság' féktelen szabadságával az Erdélyieket nem csak magától, hanem a' királytól is, ezekről semmit sem tudótól, annyira elidegenítette, hogy az Er-

sed tormentis arces oppugnare cautum erat. — Donec *Sinanes* purpuratus redux e bello *Persico* omnem modum tentaret *Amurathem* ad rumpendas inducias inducendi, quem cum in data fide firmum observaret, *Hassanem* Bosniae praefectum permovet ad populationes in Hungariae finibus exercendas. — Qui cum a copiis *Rudolphi* saepius repulsus fuisset, questus apud *Amurathem* est. — *Amurathes* Hungaris duce *Sinane* bellum intulit, et summa celeritate *Jaurinum*, *Papa*, *Veszprimium* occupata sunt. — *Comaromium* quoque tentatum, sed nullo successu. —

Interea *Rudolphus* in comitiis *Posoniensibus* amplissimis obtentis subsidiis copias *Mathiae*, et *Maximiliano* concredidit felici eventu: nam *Mathias Strigonium*, *Nicolaus Pálffi*, et *Adolphus Schwarzenburg Jaurinum* receperunt. — *Maximilianus* vero cum *Sigismundo Báthori* Transylvaniae Principe, qui deserta Turcarum clientela, ad *Rudolphum* rediit, hostem ingenti clade (caesis **20,000**) ad *Keresztes* haud procul *Miskolczino* affecit **1596**. — Dum pluribus arcibus sensim receptis spes quaedam iniecta est Hungaris *Buda* quoque metropoli potiundi; — seditio *Bocskaiana* in apertum prorupit. — Huius origo ab inconstantia *Sigismundi Báthori* repetenda est: qui iteratis vicibus abdicando se principatu Transylvaniae turbis ansam praebuit. — *Rudolphus* resignatam sibi Transylvaniam primum *Maximiliano* fratri, dein militiae praefecto *Bastae* tradidit gubernandam, hic brevi saevitia sua, militisque irrefroenata licentia Transylvanorum non solum a se, verum etiam a rege huius rei ignaro adeo alienavit animos, ut populares ad tuendam

délyiek mind a' polgári, mind vallási szabadság mellett *Bocskai István'* zászlója alatt fegyvert fogtanak 1605 's török segedelemmel felső Magyarországot nagy hamarsággal elfoglalták. — A' mint ezek értésére estek *Rudolf*nak, félre tévén a' csillagvizsgállást, minden gondját *Bocskai'* megbékéltetésére fordítá, ki *Illyésházi István'* közbenjárására ugyan csak meg is békélt a' császárral Bécsben 1606. — Honnét ezen béke *bécsi*nek is neveztetik. — Feltételei valának: *Bocskai* Erdélyt, Tiszántúli Magyarországot *Szathmár*, és *Tokaj* mező városokkal birja; a' Magyarok' szabadsága, 's vallása szent, és sérthetetlen légyen. — (Ezen czikken, mint alapon nyugszik az *Evangelika vallás'* szabadsága), — az eddigelé történt dolgok feledékenységbe menjenek. — *Bocskai'* közbenjárására ugyan azon évben a' Törökkel is 20 évre köttetett fegyverszünet. — Megkészülvén a' béke *Bocskai* meghalt 1606. —

Minthogy *Rudolf*nak örököse nem vala, *Ferdinándot*, Károly styriai herczeg' fiát, akará örökösének kinevezni. — Ez *Rudolf* és *Mátyás* közti viszálkodásra adott okot, melly azonban *Rudolf*tól átadatván 1608 *Mátyás*nak Magyarország *Austriá*val, és három évvel utóbb *cseh* 's a' többi tartományok, megszünt. — *Rudolf* hátra lévő éveit tudományokban töltötte *Prágá*ban, hol meg is halt 1612. — Ezen időben virágzott *Istvánfi Miklós* nádori helytartó, ki Magyarország' történeteit 1490—1606. 34 könyvbe foglalta. — *Revai Péter*, *Mosóczy Zachariás*, *Draskovich György* s. tb. — *Gergely pápa'* kalendárioma is, mellyet használunk, 1588-ki országgyülési 28. törvényczikkely által, vetetett be. —

libertatem tum civilem, tum religiosam duce *Stephano Bocskai* arma sustulerint 1605; adiuncta Turcarum ope Hungariam superiorem dicto citius occupant. —

Haec ubi *Rudolpho* innotuerunt, seposita astronomia omne studium ad conciliandum sibi *Bocskai* convertit, qui etiam mediante *Stephano Illyésházi* conciliatus est Caesari *Viennae* 1606. — Unde haec *Viennensis* pacificatio audit. — Conditiones fuere: Ut *Bocskai* Transylvaniam, Hungariamque ultra Tibiscanum cum *Szathmár*, et *Tokaj* oppidis teneat: — libertas religioque Hungaris sancta, illibataque sint, — (huic articulo tamquam fundamento *religionis Evangelicae* per Hungariam innititur libertas) — res anteactae oblivioni tradantur. — Interventu *Bocskaii* eodem anno induciae etiam cum Turcis coaluere in 20 annos. — Confecta pace *Bocskai* obiit 1606. —

Cum *Rudolphus* haerede careret, *Ferdinandum, Caroly Styriae* ducis filium, haeredem scribere constituit. — Id inter *Rudolphum*, et *Mathiam* fratrem dissensioni occasionem praebuit, quae tamen paulo post tradita 1608 per *Rudolphum Mathiae* Hungaria, et Austria, ac triennio post Bohemia, aliisve provinciis, evanuit. — *Rudolphus* reliquum vitae otio litterario transegit Pragae, ubi etiam 1612 vitam cum morte commutavit. — Hoc tempore floruit *Nicolaus Istvánfi* locumtenens Palatini, qui Historiam Hungariae ab anno 1490 — 1606, 34 libris continuavit. — *Petrus de Revu, Zacharias Mosóczy, Georgius Draskovics*, et alii. — Calendarium quoque *Gregorianum*, quo utimur, sub hoc rege 1588. art. 28. admissum est. —

II. MÁTYÁS 39-dik király
1608 — 1619 = 11.

II. *Mátyás*, mindenek' öröme közt 58 évek után visszahozatván az ország' koronája, megkoronáztatott 1608. — Hogy a' 46 esztendőtől üresen álló hajdani méltóság' polczát visszaállítaná a' rendektől választott *Illyésházi Istvánt*, a' hűségest hazája és királya iránt nádornak megerősítette; kinek, nem sokára meghalálozván, az ország' nagyaitól választatott *Thurzó György*, tétetett helyébe. — Ezen szelid indulatú fejedelem az ország' megszerzett békéjét, egész uralkodása alatt fentartotta. — Még éltében megkoronáztatta *Ferdinándot*, a' *styriai* herczeg *Károly*' fiát. — A' koronáztatás' veghez vitele után tellyességgel veszedelmes támadás ütött ki *Cseh* országban, mellyet midőn le akarna csillapítani, meghalt 1619.—

II. FERDINÁND 40-dik király
1619 — 1637 = 18.

II. *Ferdinánd*nak zavaros, és nyughatatlan országlása volt: ugyan is még a' *Mátyás* alatt támadt vallási háboru *Cseh* országból *Austriába*, onnét pedig a' többi német tartományokba elharapódzott; — sőt a' *Csehek* szerencsésb kimenetel végett a' Magyarokat, és Erdélyieket is meghívták társaságukba, — *Bethlen Gábor* tehát vallási szabadság' visszaszerzése' ürügye alatt fegyvert fogott, leveleket küldözvén a' Magyarokhoz, ázokat is fegyverfogásra sürgette, — és 40 ezer fegyvereseivel tetemesb részét meghódítván

MATHIAS II. Rex 39.

ab anno 1608 — 1619 = 11.

Mathias II., reducta regni corona post annos 58 cum laetitia universorum, coronatus est 1608. — Ut priscum honoris gradum Hungaris a 46 annis vacantem restitueret, *Stephanum Illyésházi* a Proceribus proclamatum, fide in patriam et regem integrum, Proregem dixit; — cui paulo post mortuo *Georgium Thurzonem* a Statibus electum substituit. — Princeps hic miti indole praeditus partam regno pacem toto regiminis tempore conservavit. — Adhuc vivens coronandum iussit *Ferdinandum Caroli* Styriae principis filium. — Peracta coronatione perniciosae prorsus in Bohemia turbae exortae sunt, quas cum sopire vellet, mortuus est anno 1619. —

FERDINANDUS Rex 40.

ab anno 1619 — 1637 = 18.

Ferdinandus II. turbulentum, et inquietum habuit regimen: nam bellum religionarium sub *Mathia* adhuc ortum e Bohemia in Austriam, ex Austria in reliquam Germaniam propagatum est; — quin Bohemi in spem melioris successus Hungaros quoque, et Transylvanos in societatem armorum invitarunt, — itaque *Gabriel Betlen* libertatis religiosae vindicandae titulo arma sumsit, missisque literis Hungaros ad arma capienda sollicitavit, — et cum 40 millibus armatorum parte potiore Hungariae, sacraque regni corona in potestatem redactis

Magyarországnak, az ország' koronájával együtt, *Beszterczе-Bányán* királynak tétetett 1620. — A' koronát mindazonáltal, akár a' dolog' bizonytalan kimenetele miatt, akár vele született szerénységből nem engedte fejére tétetni. —

Azonban megfordult a' szerencse, vakot hozván *Fridrik*nek az ő frigyessének *Cseh* országban a' koczka, *Betlen*nek rosszúl kezdének dolgai lenni, leginkább *Bouquois* (Bukoa) *Ferdinánd'* vezérének hadi szerencséjénél fogva. — De *Bouquois* elesvén *Érsekújvár* alatt, a' terhes felleget, melly őt fenyegeté, szerencsésen kikerülvén, új haddal ismét kiront Erdélyből, 's elfoglalván a' bányavárosokat, tüzzel vassal pusztítandó Ausstriára, és Morvára üt. — A' császár igen nagy szorultságban lévén, békére lépett *Betlen*nel *Nikolsburg*ban a' Morváknál, — mellynek fő czikkjei voltak: a' bécsi békekötésnél fogva megállapított Protestans vallási gyakorlat most ismét megerősítessék; *Betlen* lemondván a' királyi méltóságról, és nevezetről, *római sz. birodalomi* herczegi czimet, *Silesiában az opoliai*, és *ratiboriai* herczegségeket, Mogyarországban pedig 7 Tiszamelléki vármegyét *Kassa* városával együtt nyerje. —

De 1623 *Betlen* a' kötés' czikkjeinek *Ferdinánd'* részéről végrenemhajtását vetvén okúl, ismét fegyveres kézzel betör Morvába, és a' császári vezért *Schwarzenburgot* nagy szorultságba hozza. — Következő esztendőkben (1624, 1627) több izben a' háboru béke által lecsillapodott. — Meghalálozván *Betlen* 1629. egy ideig özvegye *brandenburgiai Katalin* és testvér öccse birtak Erdélyt, kiknek haláluk után erdélyi fejedelemségre emeltetett I. *Rákóczy György*, ennek vá-

Neosolii **1620** rex salutatur. — Coronam tamen, seu incerto rerum eventu, seu modestia animo innata ductus, capiti imponi passus haud est. —

Interim versa vice fortunae senescentibus in Bohemia *Friderici* foederati rebus, *Betlen* in Hungaria fatis premi coepit, felicibus praesertim *Bouquois* (Bukoa) Ferdinandi ducis armorum successibus. — Sed *Bouquois* ad Érsekujvár diem suum obeunte impendentem capiti tempestatem prospere evitans, factis copiis rursum erumpit e Transylvania, montanisque civitatibus ditioni subiectis *Austriam*, et *Moraviam* igni, ferroque vastandas petit. — Caesar ancipiti periculo pressus pacem cum *Betlenio Nicolaopoli* apud *Moravos* confecit, — cuius praecipua capita fuere: stabilito vigore pacis Viennensis libero religionis exercitio nunc denuo confirmato, Protestantibus donatis; *Betlen* nuncio misso honori, nuncupationique regiae, *Sacri Romani imperii principis* apellatione ornatus *Opoliae*, *Ratiboriaeque* ducatibus in *Silesia*, septem item Hungariae Tibiscanae provinciis, *Cassoviaque* urbe augeatur. —

Verum **1623**. conditionibus non omnino satisfactum a *Ferdinando* causatus *Betlen* resumtis armis *Moraviam* ingressus, ducem caesareum *Schwarzenburgum* in angustias redegit. — Sequentibus annis semel, ac iterum (**1624**, **1627**) bellum pace compositum est. — Mortuo *Betlenio* (**1629**) aliquamdiu praefuit Transylvaniae eius vidua *Catharina Brandenburgica* cum fratre, quibus mortuis, principis honore ornatus fuit *Georgius* I. *Rákóczy*, cuius electioni, ne novis turbis ansa praebeatur, et Ferdinandus subscripsit; —

lasztásában *Ferdinánd* is, nehogy új zendülésre okot adjon, megegyezett; — ki azonban fiát megkoronáztatván, más világra költözött **1637**. — Az emlílett évet amaz igen nevezetes *kardinálnak Pázmán Péternek*, ki a' magyar ifjuság' számára több oskolákat alapított, és a' katholika hit' erős védője volt, — halála is emlékezétessé tette. —

III. FERDINÁND 41-dik király
1637 — 1657 = 20.

III. *Ferdinánd*nak **1637**-ben kezdett uralkodása elejét azonnal zavarossá tette I. *Rákóczy György* erdélyi fejedelem, ki frigyre lépvén a' *Svekusok*kal (ezeknek háborujok volt III. *Ferdinánd*dal) szétküldözött levelei által kihirdette, hogy a' Protestansokon elkövetett méltatlanságokat akarja megboszúlni. — Sereget gyűjtvén **1644** beront Magyarországba, és nem lát kevesebb tüzzel a' dologhoz, mint imént *Betlen*: ugyan is meghódítván felső Magyarországot, már már *Austriá*ra rohanandó vala, — midőn rögtön megváltoztatván szándékát a' császártól ajánlott békét elfogadta **1645** *Nagyszombatban* — melly azután *Linczben* megerősíttetett, és innét *linczi béke* név alatt ismeretes; ezen béke által az *evangelika vallás*' szabadsága ismét ünnepélyesen megerősíttetett. — **90** templom adatott vissza a' Protestansoknak, — *Rákóczy*nak pedig a' *tokaji*, és *regéczi* uradalmak *Kassa* városával, és **7** magyarországi vármegyékkel. —

Rákóczyt a' fejedelemségben **1648** felváltotta fia II. *György*. — Azonban *Ferdinánd* ezen néven IV. koronáztatása után meghalt, — ki után következett I. *Leopold*. — *Rákóczy György* atyja'

qui postmodum coronato filio fatis cessit 1637. — Memoratum annum et mors celeberrimi purpurati Strigoniensis *Petri Pázmán* plurium Scholarum pro sobole Hungara fundatoris, zelosique defensoris Catholicae fidei, celebrem reddidit. —

FERDINANDUS III. Rex 41.

ab anno 1637 — 1657 = 20.

Regiminis *Ferdinandi* III. anno 1637 coepti initia mox turbulenta reddidit *Georgius* I. *Rákóczy* summa rerum apud Transylvanos potiens, qui, inito cum *Svecis* (his bellum erat cum *Ferdinando* III.) foedere, per literas vulgavit: se ad vindicandas Protestantium iniurias in arenam descendere. — Factis copiis 1644. in Hungariam irruit, — et non segnius, ac paulo ante *Betlen* rem gessit: capta enim superiore Hungaria arma iam *Austriae* illaturus erat, — quum subito mutato consilio pacem a Caesare oblatam *Tyrnaviae* acceptat 1645, *Lincii* postmodum confirmatam, — *Lincensemque* inde dictam, qua religionis evangelicae libertas rursus solemniter roborata est. — 90 templa Protestantibus restituta, — *Rákóczyo* vero dominia *Tokaj*, et *Regécz* cum *Cassovia* — septem item Hungariae Comitatus. —

Rákóczyum excepit in regimine 1648 filius eius *Georgius* II. — Interea *Ferdinandus* hoc nomine quartus iam coronatus fatis functus est, — cui successit *Leopoldus* I. — Patris vestigia

nyomdokit követvén a' *Svekusok*nak segítséget nyujtandó kirohan Erdélyből; — de igen szerencsétlenül: mert mind hadi seregét, mind méltóságát elveszté példájokra az utóbbiaknak, nehogy valaki erejét felmuló dolgokra ásítson. — *Ferdinánd* meghalt 1657. — Ezen király alatt a' 144-dik törvényczikkely által alapíttatott meg a' 6 forint kamat százától — holott régiebb időkben a' Magyarok csak barátságból kölcsönöztek pénzt.

I. LEOPOLD 42-dik király
1657 — 1705 = 48.

I. *Leopold* III. *Ferdinánd*' kisebbik fia, eleintén papságra volt szánva, de meghalván bátyja, annak helyébe következett. — Uralkodása' elein azonnal a' Törökökkel kellett háborút viselnie, kik II. *Rákóczy* alatt történt erdélyi zavarokat hasznukra akarván fordítani, *Nagy-Váradot*, és nem egész 3 évvel utóbb *Érsekújvárt*, 's más több várakat megvettek. — Ezek ellen ámbár gróf *Zrinyi Miklós*', és *Montecuculi*' vezérlésök alatt több izben szerencsés, de mindenek felett legszerencsésb harcz viseltetett sz. *Gothárd*nál 1664. 16 ezer Török végeztetvén ki; még is a' győzedelmek' folyamatjában 20 évi fegyverszünet készült meg *Leopold* és a' *Törökök* közt, melly által azok *Érsekújvárt*, *Apafi* pedig Erdélyt nyerték el. —

Az ellenségre nézve illy hasznos fegyvernyugvást a' Magyarok, minthogy hirök nélkűl történt, boszankodva vették. — Ide járultak a' Protestansoknak elvett templomaikért, sőt az egész országnak panaszai a' széteresztett magyar ka-

premens *Georgius Rákóczy* Svecis auxilia laturus erumpit e Transylvania; — verum infelicissime: nam et copias, et dignitatem amisit, exemplo posteris: nequis altiora petat viribus. — Ferdinandus mortem opetiit 1657. — Notandum: sub hoc rege art. 144. interusurium 6 florenorum per centum lege determinatum est, — ubi aevo antiquiori inter Hungaros solum ex amicitia mutuo data fuit pecunia. —

LEOPOLDUS I. Rex 42.

ab anno 1657 — 1705 = 48.

Leopoldus I. natu minor *Ferdinandi* III. filius primum sacro destinatus muneri, tum fratre mortuo patri in regimine suffectus est. — Primum cum Turcis signa conferenda habuit, qui turbas Transylvanicas sub *Georgio* II. *Rákóczy* excitatas in rem suam conversuri, *Magno-Varadinum*, et triennio non plene evoluto *Érsekújvárinum*, et alias arces ditioni suae subiecerunt. — Contra hos licet ducibus Comite *Nicolao Zrinyio*, et *Montecuculi* prospera pluries, omniumque prosperrima ad S. Gothardum pugna pugnatum sit, 1664. — 16 eorum millibus caesis; tamen in cursu victoriarum induciae in 20 annos coaluere inter *Leopoldum*, et Turcas, — quibus Turca *Érsekújvárinum*, *Apafi* vero Transylvaniam obtinuere. —

Inducias hosti adeo proficuas se inconsultis confectas plurimi Hungarorum indigne ferebant. — Accessere Protestantium de ademtis sibi templis, et scholis, imo totius regni querelae de militiae hungaricae dimissione, legionumque ger-

tonaság', és a' német seregek' ország' szerte elosztása miatt. — *Leopold* nehány nagyokat a' nádorral együtt magához idézvén igyekezett a' béke' szükségét megmutogatni; — de minden oldalról nem tétetvén elég ezen panaszoknak, az öszveesküvés naponként nagyobb előmenetelt nyert, — melly idején felfedeztetvén *Veselényi Ferencz* nádor megelőzvén halálaval a' veszélyt, *Nádasdi Ferencz*, ország' birája, *Zrinyi Péter* horvátországi bán, és *Frangepán Kristóf* grófok részint *Austriá*ban nem magyar birák előtt, részint az országban Magyarokból, és Németekből álló biróság előtt igazolák magokat, senkinek kegyelem nem adatván, pallossal végeztettek ki. — A' többiek, kiknek számát némellyek három százra teszik, számüzésre, pénzre, mint *Rákóczy Ferencz* *) — és jószáguk' elvesztésére kárhoztattak. — Azután német katonaság szállíttatott a' fő rendek' váraiba, — nemesre szint' úgy mint nemtelenre adó rovatott. — A' nádori méltóság eltöröltetett, — 's tellyes hatalmú kormányzóvá ama' vad, 's dölyfös természetű ferfiú *Ambringen Gáspár János* tétetett **1673.**

Ezen változtatásokra sokan még inkább elkeseredtek; — és az *Erdélybe*, *Moldvába*, 's *Oláh*országba menekvőktől új zendülés' magvai hintettek. — Ezeknek fejökké lett *Tökölyi Imre*, a' minapi támadásban részes *István*nak fia, nagy birtokú, 's kedvességben lévő férfiú a' Protestansok előtt, mint maga is *ágostai vallást* követő, — magyar, 's lengyel seregekkel körülvétetve **1678.**

---

*) Ki 300 ezer forinton váltotta meg életét, melly tőke Kassa' bástyáira fordíttatott.

manicarum per regnum distributione. — *Leopoldus* Prorege, Primoribusque nonnullis ad se accersitis necessitatem pacis explicare conabatur; — cum tamen querelis medela non omni ex parte poneretur, conspiratio in diem validiora cepit incrementa, — qua mature detecta morte praevento *Francisco Veselényi* regni Palatino, comites *Franciscus Nádasdi* Judex Curiae, *Petrus Zrinyi* Banus Croatiae, et *Christophorus Frangepán* partim in Austria coram iudicibus non Hungaris, partim in regno coram delegatis ex Hungaris, et Germanis iudicibus dixere causam, nulli delicti gratia facta, gladio vitam finiere. — Caeteri, quos tercentos quidam volunt, exilio, — pecunia, uti *Franciscus Rákóczy* *), et bonis mulctati sunt. — Tum miles germanicus in arces Procerum impositus, tributum nobilibus, ac plebi promiscue imperatum. — Dignitas Proregis abrogata, — Gubernatorque regni summa cum potestate datus est *Joannes Casparus Ambringen, homo ferocis, ac insolentis indolis* **1673**. —

His mutationibus animi multorum magis exacerbati sunt; — novaque a profugis in *Transylvaniam*, *Moldaviam*, et *Valachiam* seditionis iacta sunt semina. — Ducem his se praebuit *Emericus Tökölyi*, *Stephani* nupernae seditionis participis filius, potens opibus, ac favore Protestantium, *Augustanae* utpote ipse *Confessioni* addictus, — copiis Hungaricis et Polonicis stipatus

---

*) Qui 300,000 fl., aedificandis muris Cassoviensibus impensis, vitam suam redimere coactus est.

Magyarországra ront. — *Leopold* megrettenvén országgyülést (melly 1662-től nem tartatott) hirdet *Sopronyba*, — és *Eszterházi Pál* szovatolás által nádornak választatván, — a' Protestansoknak szabad vallási gyakorlatot enged. — Az országgyülése után sokan visszatérvén a' királyhoz az oda hagyatott *Tökölyi* segitségül hivja a' Törököket. —

Ezek megvetvén a' kötött frigyet ellenséges fegyverrel *Karamustafa* vezérlése alatt betörnek Austriába, és Bécset kemény megszállással körül veszik 1683. — De a' megszállottaknak segitségökre jövén *Lotharingiai Károly*, és *Szobieszky János* Lengyel király, a' város' falaitól elüzetnek, Austriából sőt Magyarországból is rövid időn kiküszöböltettek. — A' megrémülteket üzőbe vévén *lotharingiai Károly* 1686 — Buda, Magyarország' fő városa, 145 évi török iga után, a' megszállottak haszontalanúl segíttetvén övéiktől, visszavétetett. — Következő esztendőkben *Mohács*nál, 's *Zentá*nal igen megtöretvén a' török erő 1699. 25 évi fegyvernyugvás állott be, mellynek következésében Magyarország (*temesi Bánságot kivéve*) Erdélylyel együtt Leopold' hatalma alá került *). —

Megszabadíttatván jó formán Magyarország a' török iga alúl, *Leopold* az ország' rendjeit *Pozsonyba* gyüjtötte, és eléadván szándékát kettőt kért: 1.) Hogy Magyarország' koronáját első szülött férjfi utódjainak adnák által. — 2.) Hogy II. *Endre' arany pecsétes levelének* 31-dik czikkje

*) Tökölyi ezen alkalommal Bithyniába, ásiai török birodalmi tartományba vevé magát, hol 1704 meghalván, — Nikomediában temettetett el.

Hungariam 1678 invasit. — *Leopoldus* attonitus comitia (non habita ab anno 1662) Sopronium convocat, — comiteque *Paulo Eszterházy* Palatino suffragiis creato, — Protestantibus cunctis liberum religionis exercitium indulget. — A comitiis plurimis regi reconciliatis, *Tökölyi* desertus Turcas in auxilium evocat. —

Turcae spretis pacificationis tabulis infestis armis duce *Karamustafa* in *Austriam* penetrant, Viennamque gravi obsidione cingunt 1683. — Verum obsessis in auxilium venientibus *Carolo Lotharingio*, et *Joanne Szobieszky* Polonorum rege, ab urbis moenibus pulsi, *Austria*, imo brevi tota fere Hungaria eiecti sunt. — A *Lotharingo*, territos persequente 1686. — *Buda* metropolis Hungariae post 145 annorum servitutem turcicam, frustra opem obsessis ferentibus barbaris, recepta est. — Annis sequentibus ad *Mohács*, *Zentamque* multum attritis per nostros viribus Turcarum, *Carloviczii* 1699 induciae in 25 annos coaluere, — quarum vi Hungaria (*Banatu Temesiensi demto*) una cum Transylvania in *Leopoldi* potestatem venit *). —

Liberata potiori Hungariae parte a servitute turcica, *Leopoldus Ordines* regni 1687. *Posonii* congregavit; exhibitisque propositionibus duo postulavit: 1.) ut coronam regni Hungariae posteris suis masculini sexus, iisque primogenitis in perpetuum transscriberent. — 2.) Ut *Bullae*

---

*) Tökölyi se hac occasione in Bithyniam, Asiatico-Turcicam provinciam recepit, ubi 1704. e vivis excedens Nicomediae tumulo illatus est.

hagyattassék ki. — Valának, kik ezen kivánságoknak olly igen ellenök szegzék magokat, hogy a' gyülést is oda akarák hagyni; — többen azonban az ügy' igazságát elismérvén, *Leopold'* kérelmeinek, ki Magyarországot a' szomorú török iga alúl felszabadítá, engedtek; kettőt kérvén viszonyosan: 1.) Ha az austriai királyi nemzetség férjfi ágán kihalna, szabadságuk légyen királyt választani, kit akarnak. — 2.) Hogy az örökös joggal következő fejedelmek koronázásuk' idején az ország' nagyai előtt esküvel kötelezzék magokat a' nemzet' szabadságainak, mellyek II. *Endre'* aranypecsétes levelében foglaltatnak, kihagyván a' 31-dik czikket, sértetlen megtartására. — Ezek helyben hagyatván I. *Jósef* örökös király megkoronáztatott, ki az eskű' formájában első hagyta ki II. *Endre'* aranypecsétes levelének 31. czikkjét. — Ezen jószivüségöket a' Magyaroknak meg akarván hálálni *Leopold* az *eperjesi* valóban vérengző, és példátlan kegyetlenségű biztosságot, melly a' Tökölyiek' kikeresésökre, és megbüntetésökre *Karaffa Antal* által allítatott fel, eltörölte. —

Azonban elhamvadván a' győzedelmek', és örömök' tüze, találkoztak többen féltők a' nemzeti szabadságot, a' pozsonyi gyülés' határozatai miatt; azok közül leginkább, kiknek szüleik, atyjokfiaik, és barátjaik az *eperjesi biztosság* által éltöktől, vagy vagyonuktól megfosztattak. — A' megelégedetlenek' feje volt II. ***Rákóczy Ferencz***, ki mint ifju a' *bécsi* udvarban neveltetett, — honnét, midőn birtokai' megtekintése végett Magyarországra jött volna, épen azon időben, mellyben már 80 jelesb férfiakból öszveesküvés állott egybe *Leopold* ellen, huzamósb itteni mulatása alatt tisztelkedés'

aureae Andreae II. art. 31-us penitus antiquaretur. — Non deerant his postulatis tanta obstinatione reclamantes, ut comitiis plane valedicere vellent; — plures tamen causae aequitatem agnoscentes petitis *Leopoldi* Hungariam a tristi iugo turcico liberantis subscripserunt: duo tamen et vicissim postulantes: 1.) Ut si *Stirps Austriaca* in virili sexu deficeret, libertatem habeant eligendi regem, quem vellent. — 2.) Ut haereditario iure successuri principes coronationis tempore coram regni Ordinibus iureiurando se obstringerent immunitates regnicolarum in Bulla *Andreae* II. exmisso articulo 31. contentas illibate conservaturos. — His ratihabitis, *Josephus* I. haereditarius rex coronatus est, qui in formula iuramenti primus exmisit 31. articulum Bullae aureae *Andreae* II. — Hanc Hungarorum benevolentiam *Leopoldus* velut remuneraturus antiquavit iudicium delegatum, seu *Commissionem Eperjesiensem* ad inquirendos *Tökölyianos*, et in eos animadvertendum auctore *Antonio Karaffa* nuper institutum sangvinarium plane, ac sine exemplo crudele. —

Defervente interea victoriarum, laetitiaeque aestu, inventi sunt plures propter comitiorum *Posoniensium* decreta libertati gentis Hungarae metuentes; ex iis praeprimis, quorum parentes, cognati, et amici *Commissionis Eperjesiensis* sententia vita, aut bonis exuti sunt. — *Malecontentorum* praecipuus erat *Franciscus* II. *Rákóczy*, qua iuvenis in aula Viennensi educatus — cum inde possessionum videndarum gratia in Hungariam venisset, eo recte tempore, quo iam ex 80 praecipuis viris coniuratio contra *Leopoldum* coaluit, diutius apud se commorantem, specie salutationis frequen-

ürügye alatt gyakrabban meglátogatják a' megelégedetlenek, és egyező akarattal vezéröknek teszik. — *Leopold* ezen váratlan támadást füvében el akarván nyomni, az öszveesküvésnek főbb személyeit elfogatja, és börtönre vetteti, sokan *Bercsényivel* vétkeseknek érezvén magokat, a' szomszéd Lengyelországba vevék magokat. — Börtönre vettetik *Rákóczy* is *bécsi Ujvárban*, elnyomatván éjjel *sárosi* várában; onnét azonban *Lehmann századossal* egyet értvén, kiszabadult, 's Lengyelországba menekedett. — A' megszököttre örökös gyalázat, számüzés, és javait elfoglaló itélet hozatott. —

Rákóczy azon két évben, míg Lengyelországban tartózkodott olly számu megelégedetleneket vont maga részére, hogy már képesnek vélte magát *Leopoldnak* ellentállhatni. — Midőn tehát nehány ezer fegyveres az ország' határin várá őt, Magyarországra jött, 's azon naptól nagy lőn *Rákóczyhoz* a' gyülekezés, leginkább, minekutána igen keserű irománnyal támadá meg a' királyi udvart, mindenkit a' nemzeti szabadság' védelmére szólítván, rövid időn 20 ezerre szaporodának. — A' háboru hihetetlen előmenetellel kezdett viseltetni, nem sokára nem csak *Kassa*, Tisza' mind két mellékével, hanem a' bányavárosok is a' szövetségések' kezébe kerültek annyira, hogy némelly német őrizet alatt lévő várakat kivéve, csak nem egész felső Magyarország *Pozsonyig* elfoglaltatott. — Több izben próbált ugyan *Leopold* békére lépni a' *Rákóczyakkal*, de mivel ezek szörnyű kivánságaikból egy körömnyit sem engedének, a' béke meg nem köttethetett *Leopold'* haláláig, melly 1705-ben történt meg. —

tius adeunt malecontenti, eumque unanimi suffragio ducem suum constituunt. — *Leopoldus* inexspectatam hanc seditionem in herba praefocaturus praecipua coniurationis capita intercipienda, ac in carceres coniicienda iubet, — multis cum *Nicolao Bercsényi* male sibi consciis in vicinam Poloniam profugis. — Carceri mancipatur et *Rákóczy Neostadii*, in arce sua *Sárosiensi* noctis silentio oppressus; inde tamen *Lehmanno* centurione conatus eius adiuvante liberatus in Poloniam evasit. — In profugum perpetuae infamiae, exilii, et bonorum publicationis sententia lata. —

Rákóczy biennio, quo in *Polonia* egit, per occultos nuncios, et literas tantum in Hungaria malecontentorum numerum ad partes suas traduxit, ut parem se iam *Leopoldo* existimarit. — Dum itaque aliquot millia armatorum in limitibus eum exspectassent, Hungariam ingreditur, ac ingens ex eo die ad *Rákóczyum* fit concursus, praesertim postquam acerbissimo scripto in aulam regiam invectus, omnes, et singulos ad libertatem nationalem armis vindicandam concitavit, brevi ad **20** millia crevere. — Bellum geri coepit incredibili cum successu, brevi non tantum *Cassovia* cum utraque Tibisci regione, sed etiam montanae civitates omnes in malecontentorum venere potestatem, ut si paucas quasdam arces germano milite munitas excipias, tota fere superior Hungaria Posonium usque occupata fuerit. — Tentavit quidem *Leopoldus* cum *Rákóczyanis* pacem saepius inire, verum quia ab enormibus postulatis ne latum ungvem recederent, pax usque obitum *Leopoldi* coalescere non potuit, — qui accidit **1705**. —

I. JÓSEF 43-dik király

1705 — 1711 = 6.

I. *Jósef* még atyja első *Leopold'* éltében örökös királynak megkoronáztatván igen zavaros kormányra lépett 1705. — *Rákóczy* kivévén némelly várakat, és városokat, nagyobb részét birván Magyarországnak, és csak nem minden adók, 's vámok a' bányákból bejövő arannyal eztüsttel, és 50 ezer fegyveressel hatalmában lévén, *Jósef'* dolgai nem legjobb lábon állottak. — Ezen körülményekben mit tévő legyen, fontolóra veszi; némellyek a' *rákócziakkali* békét javaslák, állítván, hogy a' béke' kicsinálása sokkal szerencsésben sülend el, mint sem *Leopold* alatt, minthogy nyilvános dolog volna, hogy *Jósefnek* azokban semmi részo nem volt, mik *Leopold* alatt történtek a' Magyarokkal. — A' *rákócziakkal* többször megprobáltatott a' béke' heylreallitása, jelesen 1706 *Nagyszombatban* az *Angolok'*, és *Hollandok'* közbejárásával, de semmi nem végeztetett, — hanem hogy a' pártos nevet *Magyarország' szövetséges rendjei* czimmel cserélték fel. —

Eloszolván a' *nagyszombati* gyülés, — ismét fegyverre került a' dolog. — A' háború' zajai közt a' *rákóczyak* több izben közönséges gyüléseket tartanak az egyesség' fentartása, a' köztársaság', és haború' kormányzása felűl. — Illyen gyüléseik valának több izben, mellyek közt leghiresebb az 1707-iki *ónodi gyülés*, mellyben más iszonyúkon kivül letétetvén *Jósef* királyságából, a' magyar királyi szék üresnek nyilatkoztatott. — De ezen végzéseknek azonnal ellene mondottak a' rendek. — És *Jósef* levelet bocsátván a' megyékhez, nyilvános jogjait az országhos védelmezé, —

JOSEPHUS I. Rex 43.

ab anno **1705 — 1711 = 6.**

Josephus I. vivente adhuc patre *Leopoldo* I. haereditarius rex coronatus vehementer commotum adiit regnum **1705**. *Rákóczio*, demtis quibusdam arcibus, et civitatibus potiorem Hungariam tenente, ac universa fere regni tributa, et vectigalia, aurum item, et argentum ex fodinis proveniens cum **50** millibus armatorum in potestate habente, — *Josephi* res haud optimo loco stetere. — In his rerum adiunctis quid optimum factu esset, deliberat; nonnulli svadebant pacem cum *Rákóczianis* ineundam affirmantes: pacis tractationem multo feliciorem futuram, quam sub *Leopoldo*, palam enim constabat *Josephum* nullam in iis partem habuisse, quae sub *Leopoldo* cum Hungaris acciderant. — Tentata pax saepius fuit cum *Rákóczianis*, signanter **1706** Tyrnaviae arbitris Anglis, et Hollandis, sed nihil effectum, nisi mutato rebellium nomine in *Confoederatorum Statuum Hungariae.* —

